1155 et plurima disposuit, sic tamen, quod omnes turres tam parvas quam maximas ad laudem domni imperatoris eos destruere oportuit, quorum ruinam ipsi vidimus.[7] Totam etenim fere Italiam in servicio domni Danielis cum imperatore peragravimus.[1] His itaque peractis domnus imperator ex consilio suorum principum Veronenses in gratiam suam recipiens per Veronam Teutoniam cum triumpho feliciter revertitur.

( ) 1156 Anno dominice incarnationis MCLVII imperator Fridericus) generalem curiam Wirzburk in festo pentecosten convocat,[2] ubi domnam Beatricem, filiam ducis Burgundie, ~~Jun.~~ 3 matrimonio sibi copulat.[3] His nuptiis dux Wlad(izlaus) cum episcopo suo, domno Daniele, et domno Thebaldo, fratre suo, ex vocatione domni imperatoris adest. Quid igitur? Sicut santi imperatoris decent, nuptie celebrantur. In his nuptiis inter imperatorem et domnum Danielem, domnum Gervasium, prepositum Wisegradensem, ducis Boemie cancellarium, virum magni consilii,[4] talis oritur machinatio, quod, si dux Wlad(izlaus) in persona sua cum militia sua, prout melius potest, ad obsidendum Mediolanum[5] imperatori auxilium prebere promiserit, cum regio diademate decorare et in augmentum honoris sui ei castrum Budisin se reddere promittit.[6] Tantam utilitatem ex hoc sibi

impar. H.

) se übergeschrieben P

) auf Rasur P

1) Nämlich 1158-60. Die Teilnahme des Vinzenz am ersten Italienzug ist bei so fehlerhafter Berichterstattung kaum möglich. Daniel oder Vinzenz werden auch während des ganzen Zuges von keiner Quelle genannt. Die Annahme von Bretholz S. 254 ist wohl hinfällig, da sie sich nur auf diese Stelle stützt, die Br. mißdeutete.

2) Pfingsten (Jun. 3) verbrachte Friedrich zurückgezogen auf seiner Burg Ottos v. Wittelsbach (Otto Fris. G. Fr. II, 46, SS rer. Germ. S. 154). Der Reichstag von Würzburg fand erst Mitte Juni statt (St. 3742-3746); Simonsfeld 430 ff.